

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Ivstitia Et Ivre, Continens Tractatvs De Prvdentia, Fortitvdine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutatiua, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Pvnct. V. Ex quibus bonis coniuges dotem suis fifliabus designare
censeantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

fratibus alete, & dotare sorores inopere potest, cum opus sit pietatis, & naturalis obligationis, & iuri maxime conforme. Sicut tradit Tiraquel, de primogen. q. 6. n. 2. Gregor. Lop. leg. 18. tit. 16. par. 6. circa finem Barbola 4. p. 6. leg. 1. n. 13. ff. statu matrim. Nauart. de redditib. q. 2. monito 2. 6. & de spoliis clericor. §. vlt. n. 1.

Difficultas autem est, An excusat frater ab hac obligatione alendi & dotandi sororem inopem, si adit eius mater, vel aua paternus, aut maternus qui dote, & alimenta constituere valent? Et quia procedit non de fratre parentis haerede quatenus talis est, hic enim cum patrem representet, mitem non est quod virginem omnibus obligetur. Sed procedit de fratre quatenus talis est. Et hunc credo stante matre, aut alio aucterante diuini obligatum esse. Sicut docuit plures referens Ant. Gomez leg. 40. Tauri num. 75. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 68. Quia omnes aucterantes preferuntur fratris in successione Authent. def. 6. Cod. ad Tertullian. Ergo preferri debent in obligatione. Præterea deficiente patre obligatio alendi, & dotandi filias mati diuini competit. leg. quis. a liberis. v. 1. v. 1. ff. de liberis agnoscendis, neque fratris competit nisi in subdium. Et forte ob hanc causam in leg. 4. tit. 19. par. 4. vbi agitur de obligatione alendi liberos nulla mentio fratris fit, sed obligatio in matrem, & propria auctoritate dirigitur.

§. III.

De haerede obligato alere, & dotare filias.

- 1 Hares aequa ac defunctus obligatur.
- 2 Procedit cum haeres integrum substantiam ex qua dos constituta accipit.
- 3 Si haeres fiscus sit non obinde ab hac obligatione excusat.
- 4 Elinibus heretici fiscus neque dote neque alimenta prestare tenetur.
- 5 Interim autem ac delictum declaratum est, neque dos, neque alimenta sunt deneganda.

Communis est sententia quam refert, & sequitur Ferdinand. Rebell. lib. 5. q. 4. num. 7. haeredem obligatum esse quem ac defunctus obligabatur illius personam representant, & consequenter illius obligatione suscipit. Sicut colligitur ex leg. postulante ff. Ad Trebellian. Vnde cum pater pro omnibus coniunctis obligatus est filias alete, & dotare illius haeres eadem obligatione tenebitur.

Hoc autem procedit, cum haeres integrum substantiam patris, ex qua dos constituta erit accepterit. Nam si haeredes paterna in omnes filios distributa sit iuxta regium Castellae ius, nullatenus videtur frater titulo haeredis obligari posse ad sorores inopem, & in insufficiente legitime habentes dotandas, quia pater non sicut obligatus, neque obligari potuit filias ex legitima aliis filiis pertinente dotare.

Quod si haeres fiscus sit non obinde ab hac obligatione praestandi alimenta, & dote filiabus excusat. Sicut pluribus comprobatur Petri Barbola dicta 4. p. leg. 2. n. 8. ff. soluto matrimonio, quia haeres est obligatio boni paternis annexa quam filius recipiendo bona excutere non vult.

Ab hac tamen regula excipienda sunt filiae haereticæ, quibus non tenetur fiscus dote, neque alimenta ex bonis patris præstare, quin potius dote post commissum paternum delictum concilium reperit in detestacionem, & punitionem tanti criminis, iuxta cap. virginis de hereticis, & leg. quisquis §. emanata. Cod. Ad leg. talis est. Neque se defendere possunt ex eo quod nata sunt ante patris delictum. Nam patris delicto commissio sicuti ipse omnibus bonis actu priuatur, etiam priuatur filii iure illis succedendi.

Interim autem ac delictum declaratum non est, neque alimenta deneganda sunt, neque dos a patre concessa auferenda, alias pecunia forte sine culpa sustinerent, & possessione iustè comparata spoliantur. Vt tradit Courarru. 2. p. decret. c. 6. §. 8. num. 9. Similares de catholicis. infit. c. 9. num. 3. 5. Petr. Barbola d. 4. p. 1. n. 8. 4. ff. soluto matr. Rebell. lib. 5. q. 4. num. 5. 3. &c. seq.

PUNCTVM V.

Ex quibus bonis coniuges dote suis filiabus designate censemur?

- 1 Cum aliquis omnibus bonorum socius nuptiū tradit filiam ex bonis communibus dos exsoluitur, cum nulla alia sint bona præter communia.
- 2 Si matrimonium contrahatur per contractum medietatis omnium bonorum, coniux dotans filias ex communibus bonis censemur ei dote.
- 3 Si autem ab ipsa communione contrahatur, Ferd. de Castro de Iust. & Iure. Pars II.

dos a patre filiū communis: promissa ex bonis filiis patris sumenda est.

- 4 Inspecto iure nostro regio sive pater simul cum matre, sive filius dote filia communis promittat, pronosticetur censemur ex bonis communibus superlucratis.
- 5 Si bona superlucrata a nulla essent, & maritus simul cum uxori re dote promitteret, censemur sicut pro medietate praestare promissionem.
- 6 Dissoluto matrimonio potest pater dotans filiam communem ex solitu dote ex bonis superlucratis sicut propriis, quam visoris.
- 7 Hoc in nostro regno vix locum habere potest.
- 8 Si maritus filia prioris matrimonij docet ex bonis superlucratis communibus, ea dos debet computari in partem que ipsum dissoluto matrimonio contingat.
- 9 Nisi filia unius vero qui speretur totam familiam defensur.

Premitto, cum aliquis omnium honorum socius nuptiū tradit filiam ex bonis communibus dos exsoluitur, cum nulla alia sint bona præter communia. Dissoluto tamen locitate gravis est controvergia, an dos soluta debet omnibus sociis imputari, an tantum adiudicanda parti socij dōtantis. Negant omnibus sociis impuram esse Decius in Authent. quod locum num. 9. Cod. de collat. Ruinus conf. 104. lib. 1. Rebell. lib. 5. q. 5. n. 3. in fine. & alii permulti relati ab Antonio Gabriele lib. 4. commun. opin. ita in ore dorum conclus. 2. Dicuntur, quia hæc dote solutio non est solutio debiti occasione societatis contrariae. Non igitur debet omnibus sociis imputari. Reclus tamen contraria censemur Roland. à Valle conf. 9. 1. lib. 1. Mencl. de arbitriar. casu 127. num. 2. Fauch. lib. 8. contr. c. 4. & lib. 1. cap. 12. & colligitur ex l. 1. foecitatem unitariorum ff. pro socio, & l. 2. alienum ff. eodem tit. & l. ex parte §. filius ff. familia exercienda. Et ratio efficax est. Nam eo ipso quo loci omnia sua bona inter se communicant, consequenter communicant debita, & obligations, ut ex prædictis bonis sicut satisfactio, cum debita non nisi ex bonis communicatis, & consequenter communibus soluenda sint. Ergo facta solutione bona quæ superfluerit diuidenda sunt, quin debita viuis socij soluta ipsi tantum impunentur. Secus est in societate particulari, nisi speciale pactum intercederet iuxta leg. si socius pro filia, & pro socio.

Hinc inferendum est, si matrimonium contrahatur per contractum medietatis omnium bonorum, sicuti contrahitur in Lusitania, coniux dotans filias ex communibus bonis censemur eis illas dote. Neque postmodum dissoluto matrimonio patri potius quam matri dos imputandus est. Ut bene ex communione resolutum resolutum Rebell. lib. 5. q. 5. n. 3.

Si autem contrahatur matrimonium abque vlla bonorum communicatione sicuti inspecto iure communi contrahitur, dos a patre filiū communis promissa ex bonis filiis patris sumenda est. I. fin. Cod. de dote promissi. 2. tit. 1. par. 4. quia ipsi incumbit nuptiū filias tradere, mati autem non nisi in subdium, & patre deficiente. Si autem eterque tam mater quam pater dote filiū constituerent, eo ipso censemur pro dimidio concurrens. Ut colligitur aperte ex leg. reos. §. cum tabulis ff. de duobus reis, & adiutetur Molin. disq. 4. 4. §. quando. Quod sine dubio verum est cum uxori tempore promissionis superpetum alia bona præter dotalia. Si autem nulla alia bona haberet. Variant Doctores, an inde aliquam obligationem subiret? Et probabilitate repeto scelus iuramento nulla obligatione teneri, quia inspecto communi iure non permititur uxori bonorum dotalium alienatio nisi ex causa necessaria, quæ tamen in presenti non intercedit, cum uxori necessitate non habeat filias dotandi, cum bona parenti sufficeret.

Quod si inspecto iure nostro regio sermo sit, sive pater sumul cum matre, sive solus dote filio communis promittat, promittere censemur ex bonis communibus superlucratis iuxta leg. 9. titul. 9. lib. 1. noua collect. de impunitum ex leg. §. Tauri. Nam cum hac lucra ex coniugio communia sint, & obligatio dotandi filias ex coniugio proueniat, merito utique coniugi adiudicatur. Quod fecus erat inspecto iure communi, quia nec fraudis doris, nec lucra communicabantur.

Si autem bona superlucrata nulla essent, aut essent insufficiencia, & maritus simul cum uxori dote promitteret, censemur fuit pro medietate boporum quæ ipsos contingit præstare promissionem. Secus est, si solus pater promitteret, quia tunc de bonis propriis dos exsoluenda est. Sicut colligitur ex d. leg. 2. Tauri, que est 8. tit. 9. lib. 5. noua collect. & tradit ibi Anton. Gomez num. 21. & 24. Gregor. Lopez leg. 6. gloss. 1. ad med. tit. 10. par. 5. & leg. 8. verbo el padre tit. 11. par. 2. Courarru. lib. 3. resolut. cap. 19. numero 3. Matren. leg. 3. gloss. 1. numero 7. tit. 9. lib. 5. collect. Atzeudo leg. 8. numero 10. Mol. disq. 4. 2. post med. Rebell. 2. pars. lib. 5. quæst. 5. numero 4. & seq.

Difficultas autem est, an dissoluto matrimonio possit pater dotans filiam communem exsoluere dote ex bonis superlucratis.

xi cratis

cratis tam propriis quam vxoris; negant ex bonis vxoris exsoluenda esse Castellus ad l. 5. Tauri. & ibi Ant. Gom. n. 2. 4. prope finem eo quod lex 8. tom. 9. lib. 5. defuncta ex l. 5. 3. Tauri expresse dixerit ex bonis superlucratis communibus dotem filia communis exsoluenda esse durante matrimonio. Ergo tacite indicat illo dissoluto non esse ex bonis communibus soluendam. Praterquam quod iam non sunt bona communia, sed vniuersusque propria, cum dissoluta societas bona coniugum superlucrata inter superlucrum, & hæc desfundit diuidantur.

Contraria sententiam veriorem, & in prædicta frequenter defendunt Gregor. Lopez. d. leg. 5. gloss. 1. tit. 10. par. 5. Couartum. 3. var. cap. 1. 9. num. 5. ad finem. Matien. leg. 3. gloss. 7. num. 8. eo quod hoc debitum dotandi filias communes inspecio iure nostrum regio equum competit pati, ac matris, cum bona superlucrata, quia in eum finem ea bonorum communicatio instituta est. Ergo dissoluto matrimonio relevanti non debent bona vxoris superlucrata ab hac obligatio.

7 Ceterum credo hanc controversiam vix posse in nostro regno locum habere: Nam cum statuum sit, ne dotes legitimas filiorum excedant, dissoluto matrimonio per mortem viuis coniugis, dimidium bonorum superlucratorum que ipsius continebatur inter hæredes diuiditur, & filia communis applicatur sua pars. Ergo non est locus questionis, cum bona que ex parte vxoris filia competere poterat, iam ipsi de facta sunt applicata. Sicut adiudicat Mol. dis. 424. n. medio.

Hacque diximus de dote præstanda filiabus communibus. At si maritus filias habeat prioris matrimonij non leuis est controversia, posse dote constituer ex bonis superlucratis tam sibi quam vxori attingentibus, sicuti prædicta cum filia sunt communes. Non defuit quid si affirmat, eo quod libera concedatur viro bonorum superlucratorum administratio, & alienatio maximè in causam piam sicuti præfens est.

8 Ceterum omnino dicendum existimat, est possit vir ex bonis communibus superlucratis dotem sive filia constituisse, vt recte potest, atamen cum obligatione computandi in partem qua ipsum dissoluto matrimonio contingat: Initium namque vxori est velle maritum ex illius bonis propria debita, & ante matrimonium contracta exsoluere. Sicuti recte alii relati tradunt Rebell. lib. 5. q. 5. num. 11. Molin. dis. 424. ad finem.

9 Temperat autem & bene hanc Doctrinam Rebell. num. 12. ne procedat cum dos augetur ultra vires bonorum parentis, ut filia nubat viro qui spebat totam familiam detinurus, vxori, cuiusque filii non leue commodum allaturus. Nam eo casu tanquam legitimis rerum donorum administrator poterit ex bonis vxoris competentibus dote augmentum solvere absque vila obligatione in suam patrem ea imputandi.

P V N C T V M VI.

De mensura dotis.

- 1 Mensura dotibus licet, & prudenter præscribenda est.
- 2 In specie sive communis dote mensura arbitrio prudentis relinquuntur.
- 3 Iure regio mensura dotum prescripsa est l. 1. tit. 2. lib. 5. noua collect. iuncta leg. 19. Tauri.
- 4 Ex testamento melioratio occasione dote seclusa fraude non probatur.
- 5 Non modo filia, sed nepos occasione matrimonij meliorari non possunt.
- 6 An aduersetur predicta dispositione pactum de non meliorando aliquem ex filios factum in favorem filia nubentis affirmante aliqui.
- 7 Verius & probabilior est contraria sententia.
- 8 Satis argumentum prima sententia.
- 9 Onus probandi dote excedere metam sine mulier possident, sive non incumbit dote impugnanti.
- 10 Proponitur quiesco, an viuente dotante possit impugnari dote tanquam inofficio, & a quibus.
- 11 Viuente marito non fraudis conscio nequeunt creditores alienationem resocire.
- 12 Pro filios viuente pare excessum dote petere probare contentat Azuedo.
- 13 Probabilior est contraria sententia.
- 14 Argumentis oppositis responderunt.
- 15 Pater promissione dote inofficio renouare non potest.
- 16 An recipiens dote excessum teneat in conscientia excessum resistitare? Affirmant aliqui.
- 17 Sed confundit contra dictum obsernatur.

D Vbius esse non debet licet, & prudenter mensuram dotibus præscribi ferat ab omnibus nationibus, tum ne

dotantes depauperentur, tum ne aliis fratribus prædicatur ut mulieres obsequentes vires sint. Sicut laicus protestatur Matien. leg. 1. gloss. 1. tit. 2. lib. 5. nova collect.

In prædicto vero iure communi dote mensura arbitrio prudentis relinquebatur, ea namque dote congrua reputabatur, quam prudens iudicabat dignitatem personarum, panis conſuetudinem, & facultatem dotantis ad se, ita que familiam alendam non excedere iuxta leg. 19. cum populi Segun. ff. de iure dote i. 1. lib. 5. & ibi Bart. ff. de leg. 1. Vnde contingere potest congruam esse dotem, tametsi legitimam excedat si personarum qualitas, aliquez circumstancia extenuantur exiliū exigant. Ut latè refutat Bald. Nonne. ad doc. 6. p. primit. 17. n. 3. Baæza lib. de non meliorandis ratione dote, lib. 1. n. 6. & 9. c. 2. Matien. gloss. 1. & Azuedo ibi. ch. lib. 4. de maria. dis. 2. 6. n. 8.

At iure nostro regio mensura dotum præscripta est leg. 1. tit. 2. lib. 5. noua collect. iuncta leg. 19. Tauri. ibi enim præscribitur modus feundans in his qui annos redditus habent. Regula tamen omnibus communis est, ne legitimam dote excedat, ut neque tacite, neque expressè occasione dote per contractum inter viuos vel donatio, aut melioratio vira legitimata facta intelligatur, sed ipso iure nullius. Vide Baæza tractat de non meliorandis ratione dote filiarib. cap. 1. n. 19. & gloss. Sanch. lib. 4. de matre. dis. 2. 6. n. 8.

Noranter dixi per contractum inter viuos, nam ex testamento hoc melioratio occasione dote seclusa fraude non prohibetur, ut constat ex d. i. leg. & adiudicatur Gaip. Baæza lib. de non meliorand. cap. 20. n. 13. Gutieri. de iuris. 1. p. 19. num. 15. Azuedo. aleg. 1. num. 17. Matien. gloss. 1. num. 6. & gloss. 1. 1. 1. Conceditur autem fraus committi, si melioratio facta fuerit in testamento dependenter, ut contractu inter viuos, si cum in matrimonio contractum fuit, consequentem patentes cum genero de melioranda filia. Evidet est h. ut iure testamento agebarur de matrimonio, & ut ad effectum perdideretur melioratio in testamento facta sit, h. enim confessus facta in fraudem legis, & ex contractu. Ut bene adiudicatur Gutieri. & Azuedo. loc. cit.

Supersunt tamen aliquot difficultates circa huius legis dispositionem examinanda. Prima an haec dispositio comprehendat non solum filias legitimas, sed etiam neptes, ita ut non possit causa matrimonij contrahendi melioratio, & quanto suorum bonorum neptem? Affirmat comprehendere neptes sub d. a. de dispositione Gaip. Baæza lib. de non meliorand. ratione dote filiarib. 1. num. 11. & seq. Pelaez de maiorariis. 1. p. 1. n. 19. ca. præcipue ratione dulci, quia celo iure regio solum expressio filia, sub nomine filia ut comprehendendi neptes debent, cum haec dispositio bonum publicum respiciat, & rationes, ob quas in filiarib. interdictum melioratio virginum procedunt in neptibus, cum indecentem sit occasione neptum dotantes depauperari, agi alii hancis prædicuntur inrogari, quam occasione filiarum depauperari patentes, aliquique statibus prædicant, maxime cum filiarib. debita sit a patre dote, que tamen ab uno non debetur nisi in subdilium.

Nihilominus esti haec sententia satis probabilis sit, veriorum existimato contraria minima sub dispositione dicta legis prælubentis occasione matrimonij meliorari filias per contractum inter viuos comprehendendi neptes, sicut docuit Tellus Fernández leg. 17. Tauri. num. 7. Matien. leg. 1. gloss. 1. num. 6. tit. 2. lib. 5. noua collect. Didas Petri. rep. pragm. vi. lib. 1. n. 12. Et Doctores in leg. galia. 1. 1. 1. ff. de liberis & postib. Neque rationes decidunt neptem in nepte ac in filia procedure, co quod neptis non sic ab uno ametur, sicuti amatur filia à parente, neque ipsi debent dote, quia tamen filis omnibus debentur, levior ergo occatio est occidente neptis depauperent dotantes, & prædictum quoniam filii inferatur.

Secunda: An aduersatur prædicta dispositione pactum de non meliorando aliquem ex filiis in favorem filie pubenit? Affirmat aduersari Ioann. Gutieri. de iuris. 1. p. 1. n. 14. dicitur, quia lex regia non solum prohibet, ne filia occasione matrimonij in tertio vel quinto meliorentur, sed ne tacite, aut expielle ultra egitimas meliorationem accipiunt, ibi Ni se entienda ser mejorada tanta ni expresamente por ninguna manera de contrato entre viuos. At si prædictum placuerit, & vi illius nullus alius melioratur, filia meliora permanet non quidem acut, sed in potentia, quantum non austetur ab ea quod licet austeri poterat, nempe pars tertii, & quinti bonorum defundi. Secundo in prædicta lege caueatur, ne filia ultra legitimam aliquam meliorationem accipiat. At si nullus alius melioratur, accipit ultra legitimam sibi debitam eam partem tenuit, & quanti-